Es dignus idcirco votis præconii
Vt evehari fervidis,
Quas invenire proſperam citiſſime
Metam, ſcopumque, comprecor.

Prolixo in lectiſſimum Sympatriotam affectu impulſus,
hæc adjicere voluit

Auguſtinus Lazari, Leuchovienſ. Hung.

MARTINUS.

Anagramma:

INTRAMUS.

I*Ntramus* per Te, ad pugnam, MARTINE vocati,
Limina, quæ implevit concio clara virûm.
Ne vero in miſerum fias crudelis Amice,
Qua prece Te poſſum, ſuavis Amice, rogo.

CALIXTUS.

Anagramma:

LUX CASTI.

L*Ux* mea, Delicium, Theſaurus, Vita, CALIXTE,
Cujus præ reliquis eſt mihi cara ſalus.
Te *caſti* oblectant diſcurſus; Hinc Tua clara
Semper plus volitat Fama per ora Virûm.

MARTINUS CALIXTUS.

Anagramma:

CUR LUX SIT AMANTIS?

Ad Lectorem:

QUæris *cur* mea *ſit Lux*, Cor & Vita CALIXTUS?
Namqve animum totum ſolus *amantis* habet.

Reſpondenti Humaniſſimo, Amico & Conterraneo perquam dilecto ſcr.

Johannes Gloſius, Hung.

MARTINUS CALIXTI.

(x in cs.)

Anagramma:

MULTI CARI SANCTIS.

QUotquot laudatæ Pietatis amore tenentur,
Cari ſunt *Sanctis* omnibus, atqve Deo.
Aſt ubi nunc Pietas? *Multi* Pietate relicta,
Semina, quæ ſpargunt, Impietatis amant.
Sed ſit non nemo latro, prædo, impius aut fur,
Tu, ut ſemper fueras, eſto, CALIXTE, pius.

Sic cecinit Amico ſuo Pyladeo

Tobias Joni, Leibicenſis Hung.

1a

Quod Deus Bene Vertat!

De Incunabulis Philoſophiæ, ejusdemq; ad noſtram ætatem progreſſu,

DISSERTATIO POSTERIOR,

quam

Sub Præſidio

M. JOHANNIS SARTORII,

Gymn. Thorun. Prof. Publ. ac Viſit.

publice tuebitur

MARTINUS CALIXTUS,

Michaël-Villenſis Hungarus,

ad diem XX. Decembr. A. O. R. MDCXCI.

In Auditorio maximo, horis conſvetis.

THORUNII, Formis Johannis Balth. Bresleri, Gymn. Typogr.

Batta